

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre XIItemMythologia, Venise, 1567 - X \[71\] : De Argo, & capra coelesti](#)

## **Auteur(s) : Conti, Natale**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

### **Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[71\] : De Argo, & capra coelesti](#)□

*est une version augmentée de ce document*

### **Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 10 : De Argonauti](#)□

*a pour résumé ce document*

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 11 : De Capra coelesti](#)□

*a pour résumé ce document*

### **Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#)□

*est une transformation de ce document*

### **Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[71\] : Du Navire Argo, & de la Chevre celeste](#)□

*est une transformation de ce document*

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

*De Argos & Capra caelesti.*

**TANTO PER B** gratam esse Diis omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut Iovem vel Capram inter Sydera collocasse memoraverint, quod sibi lac præbuerit; & navim Argon, quia tot heroes incolumes in patriam reuexerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquirunt, ut per hoc significarent omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Diis immortalibus, maximeq; laudabilem; quamvis illa etiam quæ fortuito, aut potius naturæ ductu, quam iudicio fit, non sit reprehendenda.

*De Niobe.*

**CVM** per superiora exempla ad beneficentiam & ad liberalitatem nos antiqui adhortarentur, nonnullas postea fabulas inuenerunt, quibus arrogantia & temeritas, & superbia deprimeretur, quo æquo animo omnes fortunæ vicissitudines perferremus. Nam cum nonnullis ob felicitatem amicorum contemptus, & acceptorum à Diis obliuio, & Deorum ipsorum desipientia in animo oritur; tunc proxima est Dei vindicta, quæ omnia vel felicissima vno die potest labefactare. Hanc temeritatem deprimentes antiqui, omnemque humanæ felicitatis inconstantiam ante oculos proponentes, Nioben abundantem rebus omnibus felicissime eodem die, & iisdem earentem rursus introduxerunt, quoniam vel Deos ipsos irrisisset. Sic Thamyris cum nimis fuisset arrogans ob poeticæ facultatis peritiam cum Musis certare ausus, satis ingentes suæ temeritatis pœnas dedit. Non enim cõuenit rebus aduersis nimis tristari, aut prosperis nimis animo extolli, cum rebus omnibus adhibenda sit moderatio, quia nihil boni habemus, nisi à Deo. Ille enim deposuit potentes de sede, & excitauit humiles. Sic nõ leue supplicium passus est Marfya, quia vel cum ipso Deo, à quo canendi artem acceperat, de cætu contendere ausus fuit. Sic Arachne etiam fertur in bestiam mutata, quia ausa fuisset cum illa Dea, à qua didicerat texendi artificium, de artificio contendere.

*De Ixione.*

**TVM** rursus ad animorum nostrorum tranquillitatem multa fuerunt figmenta ab antiquis sapientibus prudenter excogitata. Non enim solam crudelitatem, & inanem gloriam ob felicitatem præsentem reprehenderunt, hominesq; ad liberalitatem adhortati sunt, sed etiam ad expellendam ex animis nostris ambitionem & inuidiam, qui acutissimi sunt & infestissimi animorum nostrorum stimuli, & ad reprimendam libidinem, dixerunt Ixionem ob optatum adulterium de cælo fuisse ad inferos deiectum, quod nonnulli ad historiam retorserunt. At verò quòd fuerit rotx alligatus, à qua perpetuo circumferretur illud certè ad historiam referri non potest. Cum enim ex aulica familia Regis eius, cuius uxorem conlruptare tentauit, excidisset; Ixion, factus est omnium hominum miserimus; quia perpetua ambitione & inuidia discruciabatur. Nam qui gloria inani, tanquã imagine virtutis capiuntur, illi nihil sincерum, nihilq; laudabile faciunt, sed multa illegitima & absur-